

ERKENNINGSDECREET VOOR DE SINT-HERMESBASILIEK



CONGREGATIO DE CULTU DIVINO
ET DISCIPLINA SACRAMENTORUM

Prot. n. 165/18

GANDAVENSIS

Instante Excellentissimo Domino Luca Van Looy, Episcopo Gandavensi, litteris die 5 aprilis 2018 datis, preces et vota cleri atque christifidelium expromente, Congregatio de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, vigore facultatum peculiarium a Summo Pontifice FRANCISCO tributarum, ecclesiam in urbe v. d. *Ronse*, Deo in honorem sancti Hermetis dicatam, titulo ac dignitate BASILICAE MINORIS omnibus cum iuribus atque liturgicis concessionibus rite competentibus perlibenter exornat, servatis vero servandis, iuxta Decretum “De Titulo Basilicae Minoris”, die 9 novembris 1989 evulgatum.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex aedibus Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, die 16 mensis octobris 2018, in memoria S. Hedvigis, religiosae.

Robertus Card. Sarah
Praefectus

✠ Arturus Roche
Archiepiscopus a Secretis